



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 25. Richardi clades; Comitum in Regem coruatio

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.  
A. C. 1485.

§. XXV.

*Richardi clades; Comitis in Regem  
coronatio.*

*Bacon. hist.  
regni Henr.  
VII.  
Raynald.  
hoc ann.*

Igitur copiarum, quæ auxiliari Gallo-  
rum exercitui jungerentur, imperium  
delatum est Thomæ Stamleyo Equiti,  
quem Richemundii Comitis Mater ter-  
tiis nuptiis sibi Maritum sociaverat. Hic  
Comitem adiit sex armatorum millibus  
auctus, confluentibus illico Procerum  
compluribus, qui se Richemundii partes  
tueri profitebantur. Comes, cum totius  
exercitus robore fretus, se hosti suo viri-  
bus parem fore existimaret, protinus  
Licestriam contendit. Huic vero Ri-  
chardus cum exercitu numero animo-  
que haud impare obviam processit, atque  
in Richemundii copias incidit haud pro-  
cul a pago Bosuortum dicto, ubi etiam  
commissa celebris illa pugna, quæ tot  
bella totque diremit prælia, quibus An-  
glia ab usurpatione Henrici IV. usque  
ad invasionem Richardi foede funestaba-  
tur. Tum vero inito certamine Richar-  
dus cæsus, non solum victoriæ gloriam,  
sed & vitam amisit, postquam crudelis  
hic Regicida duorum Regum sanguine  
coronam suam polluerat; ast Victorem  
Richemundii Comitem universa Anglia  
Regem salutabat, isque assumpto Hen-  
rici

rici VII. nomine Elisabetham Eduardi <sup>Sæcul. XV.</sup>  
 IV. Filiam natu majorem matrimonio si- <sup>A.C. 1485.</sup>  
 bi copulabat, ut Ebroacensis & Lan-  
 castriensis domus jura in unum coale-  
 scerent; prius autem Comes in prælii lo-  
 co eadem corona, quæ Richardo olim  
 imponebatur, atque inter ejusdem sarcin-  
 as reperta fuerat, coronatus est, postea  
 solitis solemnibus Londini inaugurandus.  
 Initum est hoc prælium omnino decre-  
 torium die vigesima secunda Augusti,  
 paucisque post diebus Comes eo glorio-  
 sior Londinum ingressus, quo felicius  
 hunc victoriæ triumphum nonnisi centum  
 circiter suorum dispendio redemit.

§. XXVI.

*Landasius communi Britonum con-  
 silio ad supplicium vocatus.*

Tanta Henrici VII. felicitas certe Landasii <sup>Argentre</sup>  
 consilia penitus evertisset, si adhuc <sup>hist Britann.</sup>  
 dum in vivis egisset. Ast Richemundio <sup>lib. 12.</sup>  
 Comite in Angliam navigante, Britones  
 jamjam de hujus Viri perfidia vindictam  
 sumebant; cum enim illorum exercitus,  
 quem Landasius Duci rebellem esse de-  
 clarabat, Augenii castra metaretur, Ducis  
 copiæ Comitibus partibus accedebant; quip-  
 pe probe compertum habebant, hoc bellum  
 nonnisi instigante Landasii ambitione ac-  
 census fuisse, e re autem utriusque par-  
 tis